

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5798

Auteur(s) : Richard l'Abbé, de Saint-Mards [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Rouen (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1210, 29 mai

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Le chevalier Richard, dit l'Abbé de Saint-Mards, donne au chapitre de Rouen une rente annuelle de vingt sous de son moulin sis à Saint-Mards et un cerge d'une livre par an avec le cheveau de quatre deniers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Floquet Amable, *Histoire du privilège de Saint-Romain*, Rouen, Le Grand, 1833, 2 vol.,
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 147.

Texte établi d'après b

Notum sit omnibus et futuris, quod anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo decimo, ego Ricardus miles, dictus Abbas de Sancto Medardo, cum essem in periculo corporis mei, in regio carcere, apud Rothomagum detentus, hanc mecum multiplicavit Deus misericordiam suam, quod, de jure libertatis ecclesie Rothomagensis, intuitu gloriosae virginis Mariae et beati Romani, a regibus et principibus antiquitus approbato, labore ac diligentia capituli Rothomagensis, a vinculo carceris, in die Ascensionis Domini, cartam meae liberationis accepi ; postea vero, non sine magnis sumptibus et labore praefati capituli, regnante domino Philippo glorioso, rege Francorum, castellano suo Rothomagensi repugnante, factum est, ut, favente domino rege, inquisitione diligenti coram Rothomagensi archiepiscopo habita apud sanctum Audoenum, libertatem ejusdem ecclesie per testes idoneos declarata, die veneris ante translationem Beati Benedicti, a causa qua detinebar et poena, penitus liberarer et recederem absolutus. Ego dono Dei et meritis beatae virginis Mariae et beati Romani et toti ecclesie Rothomagensis merito gratitudine devotus, ad altare summum humiliter accedens, de redditu meo quem in molendino meo sito sub monasterio Sancti Medardi, in feodo meo concessi et obtuli viginti solidos redditus in eodem molendino singulis annis percipiendos et reddendos Rothomagi, in Ascensione Domini. Praeterea, concessi et dedi unum cereum unius librae, in festo Translationis Sancti Romani, cum censu capitis mei quatuor denariorum reddendo in eodem festo, in eodem molendino ; ita scilicet, ut, nisi in praedictis sollempnitatibus praefati redditus redditi fuerint, liceat capitulo in tota terra mea et heredum meorum justitiam suam exercere. Hunc autem redditum, pro me et heredibus meis, praefato capitulo reddendum juravi et statui garantizandum in perpetuum et mei sigilli munimine confirmavi.